
DECRETA DIOECESANAE SYNODI TERTIAE ARIMINENSIS,

A Reuerendissimo Patre D. Io Baptista Castellio Dei, & Apostolicæ sedis gratia Arimini Episcopo, Habitæ

Anno Domini M. D. L X X X. Sexto Decimo Kalen. Iulij.



ARIMINI, Apud Ioannem Simbeneum, 1580.


I·N·R·I·

In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

IO. BAPTISTA CASTELLIVS

DEI, ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA EPISCOPVS ARIMINI.

Vniuerso Clero nostro in Domino salutem.

QVOD in hanc vsque diem (dilectissimi filij) calebrandæ Synodi cõuentum pro eo atq; tenemur distulimus, in causa fuit, visitandarum quarũdam urbiũ prouincia, a Sanctissimo D. nostro GREGORIO XIII. in cisalpina gallia nobis iniuncta, in qua exequẽda, quatuordecim plus minus menses, consumpsimus, & à vobis abesse, præter officij nostri munus, nostriq; animi desiderium coacti fuimus. Nunc au-

tem posteaquàm diuino (ni fallimur) fauente auxilio, proximis hisce diebus eandem peregimus, decreta quæ nobis, iuuando, promouendoq; gregi nostro, necessaria opportunaq; visa sunt, ad uos, tipis excusa, transmittimus, ea potissimum spe, ut qua ratione uos omnes, paterna dilectione prosequimur, uobisq; & vestræ saluti omnia bene optamus; eadem etiam uos, his planè obsequentes, diligentiq; studio obedientes habebimus. Valete in Domino.

DE HIS QVAE AD PIETATEM PERTINENT.

De reliquijs, & veneratione sanctorum.

SACRAE Reliquiæ panno serico inuoluantur, idque, si martyrũ extiterint rubei coloris, si virginũ albi, si cõfessorum uiridis, si Christi Domini, aut Beatæ virginis Matris Dei Mariæ pãno auro intexto contegantur.

Quæ pro certis habentur, sanctorum quorum sint nomina crassioribus literis, in membrana descriptæ, singulis alligentur atque in vase argẽteo, aut saltem ereo aurato decẽti & christallo, seu uitro circundato, recondantur.

Quæ vero certa nomina non habent, sanctorum tamen Reliquiæ creduntur, alio item uase includantur, his uerbis in membrana descriptis.

Reliquiæ sacræ, quarum nomina ignorantur.

AEadem in capsis, aut armarijs in quibus etiam sacræ vestes aut uasa asseruantur, non recondantur, sed in Ecclesia uel Sacristia armariolum in pariete concauetur, in eoque tabulis ligneis intus septo, ac panno serico circũdato & ostiolo ligneo sera & claue munito eædem sacræ Reliquiæ collocẽtur, his verbis in eodem ostiolo aut in pariete, crassioribus notis descriptis.

Sanctorum Reliquiæ.

CVmq; ab Armario quacunque causa extrahendæ erũt, ab illius ecclesiæ Parocho, pluuiali si adsit, aut saltem superpelliceo & stola induto, intorticijsq; accensis hymnisque in eorũdem sanctorum honorem, quo-

rum

tum Reliquiæ ibi sint recitatis extrahantur, eademque ratione recondãtur. Quod si populo deosculandę præferuntur id obseruetur quid prima nostra diœcesana Synodo iussum est.

Horæ Canonicæ quatenus recitandæ.

NE mentis euagatio, quæ ex tumultuaria deambulatione nasci solet, fructũ orationis intercipiat, qui horarias præces recitare debet, illas in uiam publicam præcipue deambulando non recitet.

Campanæ quando in sanctorum Protectorum honore pulsandæ.

PRidie illorum dierum qui in honorem sanctorum Columbæ, & Innocentiæ, ac sanctorum item Gaudentij, & Iuliani Ariminensis populi protectorum festa aguntur, post habitam vespertinam comunem orationem in singulis tam ciuitatis quàm diœcesis nostræ Ecclesijs campanæ omnes pulsentur, quibus fideles ad moniti easdem testiuitates pie, & sancte debitoque honore concelebrent.

De oratione vespertina habenda.

VBi in Diœcesi domicilia inter se proxima aut coherentia sunt, Oratio communis vespertina, olim in hac ciuitate & diœcesi instituta in ecclesia Parochiali, tum maxime diebus festis vespertino offitio peracto, aut saltem nõ tardius quàm ad statam horam, qua sub crepusculum noctis salutationis Angelicę signum datur, à popnlo fiat, ipseq; eidem omnino Parochus intersit.

De celebranda cõsecratione ecclesiæ Parochialis.

DIes quo ecclesia Parochialis consecrata est singulis annis solemni ritu, neq; vno tantum, sed pluribus,

ribus, & saltē quatuor missæ sacrificijs, & decenti eiusdem ecclesiæ ornatu agatur.

Quod si de eiusdem ecclesiæ dedicatione cōstet; dies autem ignoretur, quo eadem ecclesia dedicata sit, dies certus auctoritate nostra designetur, quo eiusdem ecclesiæ dedicationis anniuersaria commemoratio solemniter, & pie fiat.

De Summi Pontificis Episcopiuè quotannis recolenda memoria.

VT electio, & coronatio Sanctissimi D. N. & consecratio item nostra à sacerdotibus etiā sacrificijs, & à reliquo clero pijs precibus recolatur, in Calendario anniuersario die suo notentur Sacerdotesq; ijsdem diebus ad libri Missalis præscriptum missę sacrum faciant, tum populo etiam denuncientur, ut is quoq; pro charitatis officio quod erga eundem Sanctissimum D. N. & nos præstare debet uehementius excitetur ad preces. pro Sanctissimo D. N. & pro nobis pie adhibendas.

De certa habendæ synodi die notanda.

CErtus item Synodi habendæ cōstitutus dies in eodem Calendario loco suo referatur, isque in Epiphania Domini in Cathedrali nostra ecclesia in missæ sacro solemni, post euangelij recitationē una cum Paschæ Resurrectionis Domini, & reliquarum solemnitatum denunciatione indicatur, & euulgetur.

Vt Clerus omnis in processionibus canat.

CVm processiones habentur, seculares, regularesq; clerici, & laycarum sodalitatum confratres qui easdem processiones adeunt canant omnes: Cum uero aliquot canentibus alijs canere non licet, qui bini incedunt, submissa uoce, psalmum hymnum, Antiphonā,

præcemuè

præcemuè piam inter se dicant supplicationi quæ fit, misteriouè conuenientem.

De paruulis ad Ecclesiam pro benedictione habenda ducendis.

QVoniam ubi uitæ initium Deo cōsecratur, reliquæ omnes vitæ progressiones, adiutrice diuina gratia salutares esse solent, paruuli infantes, ubi primum vi ribus suis innixi, per se ingredi incipiant ad suum quisque parochū, inanibus ornamentis abipsis remotis, qui bus in baptismi administratione ipsorum nomine renū ciatum fuit, in ecclesiam à parentibus perducantur, vbi ille ex sacerdotalis libri præscripto, benedictionem stata religiosa præce, orationeq; impertiatur. statimque parochus populum admoneat, horteturq; ad hunc ueterem ritum pie in usum reuocandum.

De *abusu catenæ ad procellas auertendas tollendo.*

ILlum parochus detestetur abusum quo nonnulli ad nimbos procellas, imminentesuè tempestates sedandas catenam camino appensam in uiam publicam proij ciunt, contrafaciens, si delictum publicum sit uti super stitiosus publicè penitētiam agat. quod si occulto deliquerit, grauis, sed secreta ei penitentia iniungatur.

De *oleis festo die non molendis.*

ADmoneat Parochus olei molitores festiuo die, nē pe à nocte media quę in sequentem festiuum diē præcedit vsque ad alteram quæ sequitur intempestam noctem ne pinsendo oleam molant. Eisdem tamen liceat oliuam triturari inceptam quæque vulgo factura nuncupatur etiam si festum attigerit, ad perfectam olei expressionem adducere. liceatque præterea regionis illius

lius Foraneo Vicario si viderit oleam eo tēpore ad frugem inutilem reddi molitoribus, post pulsatam vesperi salutationem angelicam molendi facultatem cōcedere.

De Concilio festiuis diebus non cogendo.

FEstiuo die nemini liceat in diœcesi nostra publicū cōcilium cogere, ut diœcesis potissimum hac in re, quemadmodum, & in reliquis, ciuitatis sue mores sequatur.

QVAE AD BAPTISMI SACRAMENTVM PERTINENT.

De porticu ante baptismalem Ecclesiam construendo.

QVA in Archipresbiterali siue Parochiali ecclesia vbi baptismi sacramentum ministratur porticus non est, neque item prę inopia extrui potest, curetur ut ante ianuam maiorem uestibulum extruatur, quod duabus tantum columnis saltem ligneis, aut pilis aliquantulum ab ea distantibus exædificatum, parocho in baptismi administratione usui esse possit.

De Ciborio, & Tabella in baptismali fonte habenda.

AD baptismalis aquæ munditiam asseruandam tabella è tabulis ligneis adhibeatur, quæ inter cibo-

rium ac baptisterium posita fontem claudat, ita tamen aptata, ut cum infantes baptizandi sunt facilè amoueri, aut aperiri possit.

Ciborium præterea intus panno serico albi coloris obtegatur aut saltem ceruleo colore pingatur.

Si baptismus extra ecclesiam conferatur.

SI extremo vitæ periculo imminente baptismus extra ecclesiam alicui sit conferendus, aqua baptismalis è parochiali ecclesia non asportetur, sed is aqua naturali tantum baptizatus, deinde si superstes vixerit ad ecclesiam octo dierum spacio deferatur, ut exorcismi, & catechismi, & sacræ unctiones, alieq; cęremoniæ ex sanctæ ecclesiæ ritu eidem adhibeantur.

De sacris oleis comburendis.

SAcra olea bombacio non immixta, quæ elapso anno supersunt non in sacrarium deijciantur, sed in lampade coram sacra eucharistia collucente comburantur, illorum vero, quæ bombacio immixta sunt combuste super sacrario cineres in eodem sacrario recondantur.

QVAE

QVAE AD SANCTISSIMAM EVCHARISTIAM PERTINENT.

Sacra hostia quomodo proponenda.

CVM Sanctissimum Eucharistiæ Sacramẽtum palam proponendum est, primum datis solenniter pridie illius diei vesperi, & iterum eo die paulo ante campana signis, parochus pluuiali indutus, si in eadem ecclesia adsit illud religiosè proponat curetq; ut ecclesiastici laiciq; homines parochiam eiusdem ecclesiæ incolentes, & præsertim sanctissimi sacramenti sodalitati adscripti, huic functioni intersint, sibique adiumento sint.

Processio deinde per ecclesiam agatur Litanijs, statisque Antiphonis, Præcibus, & Orationibus, tum cereis accensis, idemque in eo reponendo seruetur, populo prius benedicto.

De sacra hostia particulis renouandis.

PArticulæ consecratæ octauo quoque die, ut iussum est renouandæ ex hostijs, non ante viginti dies ad summum confectis, renouentur.

Sepulcrum Domini feria 5. hebd. maioris, quo modo celebretur.

IN singulis Parochialibus ecclesijs feria quinta in Cena Domini, ex sanctæ ecclesiæ ritu, ad libriq; Missalis præscriptum, Christi Domini corpus in sepulcro ob id in ecclesia honorifice confecto, ac multis coram eo accensis lampadibus, non in tabernaculo ostensorio, sed in calice recondatur. ut & Dominici sepulcri, quod signifi-

gnificatur, typus apertius ostendatur, & postero die ac altare commodius afferri, & à sacerdote sumi ita queat, ut de uno in aliud uas tunc transferri necesse non sit.

De testimonio confeßarij à communicando Parocho deferendo.

QVi testimonium administrati sibi penitentię sacramenti à confessario nobis probato non detulerit ad sacram communionem Paschæ tempore non admittatur.

Prima communio à quo ministranda.

SAcra communio à proprio tantum Parocho aut eius permissu, scripto exarato ei ministretur, qui ad eandem primo etiam extra Paschæ tempus erit admittendus: sacerdos scienter contrafaciens eo ipso a diuinis sit suspensus. vnicuique autem Parocho curæ sit ut hoc decretum statim populo innotescat.

De *exhortatione inter communicandum habenda.*

CVm frequenti populo Sanctissima Eucharistia administratur licet eius uis, atque uirtus explicetur, non facile tamen tota huiusgeneris explicatio, sermoq; percipi, audiriuè ab omnibus potest. nec præterea omnes administrationis initio interesse solent, id propterea parochus, etiam inter communicandum aliqua, & crebra, breuique cohortatione populum collectum ad sanctissimum Sacramentum pie sumẽdum, ad eiusdemque frequentem usum excitet, tum etiam commonefaciat quàm exitiosum sit ad sacram diuini illius cibi mensam indignè accedere.

De

De eo qui in Pascha in aliam Parochiam migrarit.

QVi Paschali tempore in sua parochiali Ecclesia nō communicarit, etiam si postea in alienam parrochiam migret, ita in eum prior Parochus agat ac si in sua parochia habitaret.

De vasculo ad portandas infirmis sacras particulas habendo

NE Tabernaculum in quo sacra hostia asseruatur quandoque inane existens adoretur, sacerdos ad infirmum communicandum in Ciuitate, suburbijs aut oppidis accedens, non omnes, sed duas, aut tres ad summum sacras particulas deferat atque ideo quisque parochus uasculum paruum saltem ramneum auro, aut argento litum quatuor mensium spatio habeat ad sacras particulas, quæ relinquentur recondendas.

Quibus ægrotis sacra Eucharistia sæpeus exhibenda.

AEgrotantibus etiam sine mortis periculo sacræ Eucharistiæ frequentius sumendę desiderio flagrantibus, ijs præsertim qui dum integra ualetudine sunt, frequenti sacramentorum usu se religiosè, salutariterque pascunt, parochus quantum per alias necessarias in parochiali munere occupationes sibi licet, spiritualem illam consolationem, salutareque adiumentum religiosa præparatione ab eisdem adhibita non deneget.

Viri ne mixti mulieribus, in processionibus cant.

IN omnibus his processionibus in quibus sacra Eucharistia in diœcesi portatur, aut uiri aut mulieres tantum eandem sacram hostiam antecedant, ut uerò

per-

permixtim procedant, non permittatur, si hoc alia ratione adimpleri non possit, parochus sacram hostiam deferens in processione non progrediatur.

In ciuitate præterea id obseruetur, ut mares à fœminis omnino seiuncti in processione incedant.

Quod Parochi intersint processioni C.D. in aliena Ecclesia erectæ.

ANimarum curator in cuius ecclesia sodalitas Corporis Christi Domini erecta non est, eius tamen parochiani eidem sodalitati in alia Parochiali ecclesia urbana erectæ adscripti sunt, processioni quæ eiusdem sodalitatis nomine singulis mensibus die Dominico habebitur, superpelliceo indutus omnino intersit, festoq; die eandem Dominicam diem præcedenti populum admoneat, ac deinde uesperi diei Sabbati ac præterea mane eiusdem diei Dominicæ, dato certo campanæ signo eundem populum excitet, ut eidem processioni frequens pieq; intersit.

De eleemosyna sacerdotibus eroganda.

PRior sodalitatis Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, qui de pecunia etiam ex eleemosynis congregata sacerdotibus in processione eiusdem Sacramenti conuenientibus plusquam duos numos argenteos, quos paulos aut Iulios uocant mercedis nomine dederit, in quo eos excesserit triplici auctione ere proprio refundat, quod in utilitatem ecclesiæ parochialis loci illius expendatur, alteriusuè loci seu pij usus, idque ad parochi uoluntatem.

Indulgentiæ concessæ audientibus diuina officia in solemn. Corporis Domini.

QVo Religiosius huius Ciuitatis & diœcesis nostræ fideles Sanctissimi Corporis Christi Domini solemnita-

lemnitatem colant, pietatisq; operibus, quæ sacro illius solemnitatis tempore prestanda sunt Indulgentias à Sũmis Pontificibus, Vrbano Quarto, Clemente Quinto, Martino Quinto, item & Eugenio Quarto, concessas cõ sequantur, parochorum cura sit die Dominico solemnitatem præcedenti vulgari sermone easdem Indulgentias denunciare illosque ad ea assequenda, præmonere atque hortari.

DE ALTARI ET MISSAE SACRO.

Altaria quo modo habenda.

VNICVIQVAE Altari adsit pallium eidem altari semper affixum, vsu pingendi altariũ parietes, aut asserem ad palij similitudinem penitus reiecto.

Ad mappas, paliaque conseruanda vnumquodque altare, telare ligneum habeat, quo tribus lateribus circum iungatur.

Id præterea altare peracto missæ sacro, tela cerulea, aut viride operiatur ad mappas à sordibus conseruandas.

De Altaribus cancello circundandis.

EAdem præterea altaria omnia cancello saltem ligneo sepiantur, qui tamen adeo ab altario distet, vt locus commodus sit clerico ministranti, nisi præ ino-

pia

pia in aliquibus ecclesijs id omittendum nobis quandoque videatur.

De baldachino altaribus super ponendo.

ALtaria omnia etiam quæ opere fornicato aut laqueato teguntur, si fornix tectumuè, ita alte constructum est, ut commode purgari non possit, integumento, quod capocelum uel Baldachinum dicunt, operiantur, ea habita ratione, quæ prima Synodo, alijs altaribus est præscripta.

De fenestella pro vrceolis seruandis.

APud vnumquodque altare in pariete, qui à latere altaris est ubi epistola legitur, fenestella in qua etiam tabula lignea adsit ad peluiculam cum vrceolis dum missæ sacrum fit reponēdam construatur, eademque in inferiori parte foramen exiguum habeat, vnde aqua ablutionis manuum sacerdotis proiecta in cisternulam elefossam defluere possit.

Clauus præterea fereus in pariete prope altare infigatur ad biretum sacerdotis celebrātis appendendum.

De campanula prope altare habenda.

TIntinabulum paruum ubi è sacristia deferri non soleat vniuscuiusque altaris parieti infigatur appēso funiculo ita longo, ut clericus dum Christi Domini Corpus eleuatur, illud pulsare possit.

De altaribus ammouendis.

ALtaria quæ etiam in ecclesijs parochialibus regularium sub organo, ambonouè, aut ad columnas, uel alio loco posita altari maiori auersa sint, octo dierum spacio demoliantur, eorundem titulis siue oneribus ad alia altaria translatis: si præsctipto tempore demolita non sint, ecclesia ecclesiastico subiaceat interdicto.

De

Candelæ in ecclesia vendendæ, quales.

NE in Ecclesijs mercimonia fiant, vtque candelæ, in missæ sacro accendendæ, sacrificium æquent, animaduertant parochi, ne candelæ in ijsdem ecclesijs, ut altari offerantur, certa ratione vendendæ, numero nonaginta pro qualibet libra excedant. si secus factum fuerit, Rector ecclesiæ, uti mercimoniæ addictus, mulctetur.

De talari sacerdotis celebraturi veste

SAcerdos veste talari non indutus, ad missæ sacrum in propria, aut aliena ecclesia faciendum, aut ad diuina officia pro viuis, aut mortuis celebranda non admittatur, si secus fiat illius ecclesiæ parochus in qua admittetur duobus nummis aureis mulctetur.

De ministri altaris indumento.

QVi Sacerdoti missæ sacrum facienti ministrat vestę talari, ac superpelliceo, ut priori Synodo iussum est, sit indutus; atque ideo in singulis ecclesijs in quibus missæ sacrum fit duorum mensium spacio superpelliceum vestisque talaris adsit ad puerum sacerdoti ministrantem uestiendum. Qui verò hæc in propria ecclesia non parauerit, in alienis ecclesijs ei missę sacrum facere, aut funeribus alijsve diuinis officijs interesse non liceat quandiu hæc parata sint: quisque autem parochus Vrbanus Vicarium generalem, diœcesanus uero foraneũ doceat se hæc, quæ iussa sunt, præscripto tempore parasse.

Quando in missa sermo habendus.

CVm sermonis, concionisvè munus in Missæ sacrificio prętatur, id fiat semper statim postquam euãgelium recitatum est, non in alia missæ parte aliovè tempore.

De ſudariolo ad tergendas in altari manus habendo.

MAnus in miſſa ablutas Sacerdos mappa altaris nõ abſtergat, ſed linteolo, aut ſudariolo ad hũc vſum tantum parato.

De ſubbireto in eleuatione non habendo.

SAcerdos in ſacræ Euchariſtiæ eleuatione ſubbiretũ facultate a nobis non obtẽta, in capite tenens à miſſarum celebratione, quouſque nobis uidebitur eo ipſo ſit ſuſpenſus.

QVAE AD SACRAMENTVM POENITENTIAE PERTINENT.

De oratione dum quis abſoluitur non iniungenda.

CONFESSARIVS confeſſione peracta, dum abſolutionem impertitur, nullam eo tempore orationem recitandam iniũgat, immo ut pęnitens abſolutionis verba audiens, ſpiritualem conſolationem concipere poſſit, diſtinctæ, ac ſedatæ illa pronunciet, præſertim autem, quæ ſacramenti ipſius formam continent, ea ſcilicet. Abſoluo te.

De

De confeßione surdaſtro à mulieribus facienda.

CONfeſſario ſurdaſtri ſi ſexagenarius ſit, pœnitentium mulierum cõfeſſiones etiam extra laminam confeſſionali infixam tunc audire liceat, cum populus in eccleſia adeo frequens eſt, ut earundem mulierum confeſſiones altius factæ nedum ab eodem confeſſario, ſed ab alijs etiam facilè audiri poſſint.

QVAE AD SACRAMENTVM ORDINIS PERTINENT.

De reconciliationibus.

SACERDOTES etiam Parochi ad Sacramentum pœnitentiæ non omnibus, ſed quibuſdam tantum miniſtrandũ probati, nemini etiam in reconciliatione id miniſtrent, niſi ex illis ſit, quibus ipſi adminiſtrare poſſunt, aut is eadem, aut quæ proximè præceſſerit hebdomada alteri probato ſacerdoti peccata ſua ſit confeſſus.

De clericali habitu etiam in prima tonſura gerendo.

QVi Clericali tonſura initiatus, præter ea, quæ ſacrorum canonum, & conciliorum ſanctiones ab eo depoſcunt, habitum clericalem continenter non induerit, ad eccleſiaſticos gradus non promoueatur.

De energumenis exorcizandis.

ENergumeni in ecclesijs tãtùm Parochialibus exorcizentur nisi quandoque, ut in ecclesia etiam non Parochiali exorcizari possint, à nobis sit permissum.

QVAE AD MATRIMONIVM PERTINENT.

Ne sponsi ad sponsæ domum accedant.

VETVS, & laudabilis in hac Ciuitate, & diœcesi consuetudo semper obseruata est, ut sponsus ad sponsæ domum non accedat vsquequo ijdem sponsi benedictionem Sacerdotalem susceperint, ad quod etiam Sancta Tridentina Synodus coniuges summopere hortatur. verùm cùm nonnulli carnali potius, quàm maritali desiderio impulsi, laudabilem hanc consuetudinem uiolare quandoque ueriti non sint: nos qui certò scimus multa mala ex hac sponsorum cohabitatione orta esse, simulque cupientes, ut sponsi cum timore Domini matrimonia contrahant iubemus, vt si sponsus ante susceptam à proprio Parocho benedictionem Sacerdotalem sponsę domum accedere ausus erit, Parochus nisi sex mensibus transactis ad ulteriorem eiusdem matrimonij denunciationem non progrediatur, aut si iam omnes peractæ sint, eosdem in matrimonium non coniungat: Hocque

decre-

decretum parochus quisque in sua parochiali ecclesia, cùm populus frequens aderit, vulgari lingua statim, ac summatim publicet, ne sub ignorantię uelamine sponsi se excusare ualeant.

Denunciationes etiam post matrimonium facienda.

DEnunciationes matrimonij ante eius celebrationem permissu nostro, omissæ, eo contracto omnino fiant, nisi eas omittēdas nominatim censuerimus; atque ideo parochus sponsos admoneat, ut interim à copula carnali abstineant donec habitæ sint denunciationes, ne si post consumatum matrimonium aliquod subesse impedimentum depræhensum fuerit, illud deinceps cum graui scandalo, grauique animarum offensione dirimere oporteat.

De benedictione in secundis nuptijs non danda.

IN benedictione sponsis impertienda, Parochus id caueat ne si sponsorum alter benedictionem, quæ primò matrimonium contrahentibus dari debet, alias in primis nuptijs acceperit, etiam eorum alteri, qui primam benedictionem antea non susceperit amplius benedicat.

AD

AD SACRAMENTVM EXTREMAE VNCTIONIS PERTINENTIA.

Sacro oleo deficiente quantum superfundendum.

SACRO oleo deficiente si tempus nō patitur, ut id aliunde haberi possit, illa ratio ineatur, ut cum oleo consecrato misceatur non consecratum; Id uerò non consecratum guttatim ita infūdatur, ut semper quod infunditur minus sit oleo consecrato, quod uel exiguum in uase reliquum est.

De superpelliceo à Parocho induendo.

Parochus administrandum extremæ vnctionis sacramentum accedens, nedum in infirmi domo, sed etiam in uia superpelliceum induat.

De veteribus pictis sanctorum tabulis comburendis.

NE tabulæ sanctorum imaginibus expressæ vetustatæ consumptæ in uilem, & sordidum, aut profanū usum conuertantur, ut de altaris palijs, ac uelis temporis usura penè confectis, sancitum est, in ignem conijciantur. Tum cineres præterea, in pauimenti fossis collocentur, aut in sacrario recondantur.

Sancti imago in ecclesiæ porta pingatur.

IN vniuscuiusque ecclesiæ præsertim parochialis frōtispicio à superiori parte ostij maioris extrinsecus aliquæ sanctorum imagines, & saltem sancti, sanctęve illius effigies exprimatur in cuius honorem ecclesia illa est constructa, his notis additis.

Ecclesia

Ecclesia S. N. Quòd si parochialis sit, addatur etiam uerbum parochialis.

Imago Christi in ecclesia, & crux habeatur.

IN omni ecclesia parochiali Crucis, & Christi Domini in ea affixi imago lignea aliove genere expressa, sub ipso Capellę maioris fornicato arcu proponatur, aptèq; collocetur.

Vbi autem præ depressiori, humilioriq; fornicis structura eo loco poni decore non potest, alia ratione in ipsa capella maiori, aut paulo ante ipsam omnino statuatur, eiusdemq; imaginis caput, & brachia à superiori parte lineo panno ad auertendum puluerem contegatur.

Sepulcra sub altari non habenda.

SEpulcra, quæ sub altari eiusve scabello suppedaneo constructa sunt, etiam si eorum tantum pars aliqua sub eis protendatur, statim terra repleantur.

Quæ præterea ligneo, aut lateritio operimento sunt contecta, si infra duos menses lapide solido non operiãtur; statim humo repleta, nullius sepulturæ amplius pateant.

Ne in ecclesiã cum accipitribus quis ingrediatur.

NEmini cum accipitribus, eiusmodive uolucribus in ecclesiam ingredi fas sit, eoque præsente missæ sacrum ne fiat, aut si iam inceptum sit, sacerdos in eo nõ progrediatur, nisi missæ canonem iam inceperit. Hocq; decretum à Parocho primo die festo frequenti populo euulgetur.

Ne rustici sine caligis, ecclesiam ingrediantur.

RVsticorum nulli, quemadmodum ciuitatem, ita ecclesiam honestatis causa sine caligis, aut saltem lineis brachis, quas vulgo calzonos appellant ad diuina audienda, ingredi licitum sit; atque ideo Parochus con

trafa-

trafacientem ab ecclesia arceat, illeque mulctam insolentiæ suæ meritam luat.

De Sacerdotalium paramentorum forma:

QVoniam Casulas, corporalia, Bursas, aliaque ad altaris ministerium necessaria, arcta & angusta nimis plerisque in locis inuenta sunt, quæ in missæ sacro adhibenda in posterum conficientur, huius quæ sequitur formæ fiant.

Casulę sint longitudinis saltem cubitorũ duorum cõmunium, qui brachia dicuntur, & duarũ item vnciarũ.

Stola eiusdem materiæ, & coloris sit, cuius est casula longitudinisque saltem cubitorum quatuor latitudinis autem unciarum duarum, & tertię partis alterius uncię, tribus crucibus assutis, una scilicet in medio, duabus in extremis stolæ partibus.

Manipulus eadem sit latitudine, longitudine autem unius saltem cubiti, & duarum unciarum cum crucibus eadem ratione, qua stola exornatus.

Amictus latitudine cubiti unius, & quinque unciarum longitudine cubitorum duorum, in cuius summæ partis medio crux adsit, acu picta, non tamen serico elaborata.

Corporale longitudine saltem unciarum duodecim latitudine autem undecim.

Bursa ad eadem recondenda æquæ sit longitudinis, ac latitudinis unciarum sex.

Purificatorium ab omni latere minor non sit, uncijs sex, & filo circunquaque retorto munitum.

Linteola, siue sudariola ad manus sacerdotum missas celebrãtium abstergẽdas latitudinis saltem unciarum decem, & latitudinis saltem octo.

Puluinar quo liber Missalis suffulciatur, longitudinis saltem unciarum nouem, & latitudinis sex.

De

De cæmeterijs occludendis.

CAemeteria omnia, ut priori Synodo iussum est, tutò clausa sint, atque ideo quatuor mensium spacio eadem muro sint circumcincta, vel ubi præ magna populi, cuius id onus proprium est, inopia muro circumcingi non poterunt, lignis in terram fixis, transuersisq; inuicem ea ratione compactis, ut subter bruta ingredi non valeant, sepiantur, quæ præscripto tempore, ut prædictum est, occlusa non erunt, ea ex nunc interdicta declaramus, ac Rectori ecclesiæ præter alias pœnas, ac censuras à sacris canonibus iniunctas pœnam etiam decem numorum aureorum iniungimus, si in eisdem cæmeterijs aut etiam in ecclesia aliquem sepelierit, svquequo occlusa sint.

Ne in cæmeterijs, quid ab eis alienum fiat.

NE fœnum ex cæmeterijs succidatur, neue herba, item uirescens, quæ bestijs pabulo sit, neue in eorum fines res vlla abijciatur, cuius grauis teterue odor sit.

Neue in eis palea, frumenta, fruges expandantur, ne verò telæ, pannive linei lixiuio aquave madefacti soli ibidem exponantur; neque clauis parietibus ecclesiarum infixis funes ad eosdem pannos extendendos annectantur, neque in eo fœminę, maresve colo quicquã neant, neue suant, aut aliud præterea opus faciant eorum sacrorum locorum rationi alienum.

De oratorijs in via sitis.

ORatoria vbi missæ sacrificium non fit in uijs, aut cãpis posita altare nullum habeant, atque ideo sex mensiũ spacio, quæ in eis constructa sunt, demoliantur.

 Valuis

Valuis, aut cancellis ligneis, & claue muniantur, quæ clauis à Parocho custodiatur, intra cuius parochiç fines posita illa sunt.

De ostio paruæ Capellæ.

ILlarum præterea ecclesiarum simplicium, siue oratoriorum ostia, in quibus dum missæ sacrum fit, ij, qui ob illorum angustiam extra illam permanent, per eadem ostia missas audiunt, ita aptentur, ut inde in ecclesiam prospicere non possint.

PERTINENTIA AD CLERICOS ET PAROCHOS.

Parochi per se ipsos, sacramenta ministrent.

QVI parochialem Ecclesiam obtinet, etiam si coadiutorem, siue capellanum habeat, ipse tamen, nisi legitimo impedimento detineatur, sacramenta omnia ecclesiastica, quorũ munus ei interdictum non sit, tam beneualẽtibus, quàm infirmis ministret, neque capellani opera utatur, nisi cùm ipse omnia parochialia munia solus obire non possit, pœna duorum aureorum ipsi parocho proposita, quoties in hoc decretum commiserit; qui confraternitati corporis Domini, si in eadem ecclesia erecta sit, alterive pio loco arbitrio nostro applicentur.

Doctrina

Doctrina Christiana etiam à Clericis docenda.

PArochi, in quorum ecclesijs, Doctrinæ Christianæ schola erecta est, munus eã docendi præstent, etiam si pauci ad ecclesiam, eo tempore accedant.

Qui uerò clerici quocunque ordine initiati proprio parocho, ut priori diœcesana Synodo iussum est, in eo docendi munere opem non tulerint, in aliena ecclesia non ministrent, neque ad funera, aliave diuina offitia conuocentur.

Ne offitium Sancti, Sanctæve Dominico die celebretur.

QVod secunda Diœcesana Synodo uetitum est, ne propria, uel aliena religione die Dominico alicuius sancti, sanctęve officium fiat, nisi dies ille festus in eo dem Dominico, die inciderit, cùm à singulis non obseruetur, parochus in sua ecclesia, in id decretum cõmitti permittens, à missæ sacro in aliena ecclesia faciendo, à diuinisq; offitijs, in eadem celebrandis ipso iure, ad sex menses sit suspensus.

Exemplum libri Baptizatorum quando exhibendum.

EXemplum libri, in quo illorum nomina descripta sunt, qui matrimonia contraxerint, & eorum item qui baptizati sint, singulis annis, ex primæ Synodi decreto à parocho nobis tradendum, Parochus quisque in diœcesana Synodo nobis tradat.

De modo eundi in processione.

IN processionibus habendis is ordo obseruetur, ut sacerdotes, qui parochi non sunt, habita inter se ratione temporis, quo sacerdotium susceperunt, ante pa-

rochos incedant. Parochi uerò præcedant, aut sequantur, prout prius posteriusve parochialem Ecclesiam, quàm possident obtinuerunt, nisi habita ratione dignitatis, qua aliquis decoratus sit, aliud quandoq; à nobis permittatur.

Qui Litanijs conuenire teneantur.

PArochus Diœcesanus nullam processionum, quæ Litanijs minoribus habetur obeat, nisi saltem uir unus & mulier item una ex quacunque domo, quæ suę parochiali ecclesiæ subest, in eadem ecclesia, ad eandē processionem habendam conuenerit, aut populus, qui eo nomine ad ecclesiam accesserit, ut processioni intersit, adeo frequens sit, parochi iudicio, ut etiam prædicta supputatione non habita, processio dignè haberi possit.

Cruces ne se deosculentur.

CVm rogationum occasione ecclesiarū cruces hinc, atq; hinc circūferuntur, seq; inuicem altera alteri obuiā fiunt, deferentibus uetet parochus, ne easdem ueluti osculis circumplexas coniungant, ut inde uulgaris absurdusq; aboleatur abusus.

De *choreis prohibendis.*

ANimarum curator populum sibi creditum admoneat, ut edictum de choreis die festo non ducendis nuperimè publicatum obseruet, nō obseruantibus ecclesiæ ingressum publicè interdicat, ac cætera peragat quæ ex eodem decreto sunt peragenda.

Fœminæ quomodo uelandæ.

QVòd prima nostra diœcesana Synodo iussum est, vt in sacramentis Sanctissimæ Eucharistię, pęnitentiæ, & matrimonij fęminæ ministrandis, cumque fęmina infantem, è sacro baptismi fonte leuat uelato capite

sit,

ſit, id non aliter adimpleri declaramus, niſi illa uelo, uel panno ita caput obtecta ſit, ut nihil appareat capillorum.

Qui pueri ad Eccleſiam, non ducendi.

VEtet parochus, ne matres familias bimos, trimoſve liberos ſuos diuinum officium, aut concionem nenijs ſuis impedituros in eccleſiam introducant.

Parochus miſſam in alia eccleſia quando celebret.

PArochus feſto die ad alienam eccleſiam miſſam celebraturus euocatus, ſi ſacerdotem alium habere non poterit, qui illo die, quo ipſe abfuturus eſt, miſſæ ſacrificium in ſua parochiali eccleſia faciat, feſto die celebritatem, ad quàm uocatus eſt, præcedenti, populo ſuo ſignificet ſe ob eam cauſam in eccleſia parochiali miſſam celebraturum non eſſe; ſed in ea ad cuius celebritatem uocatus eſt: proinde illum moneat, ut ad eam ipſam eccleſiam, aut aliam propinquiorem, vbi miſſæ ſacrificio interſit, ſe conferat.

Ad alienam autem eccleſiam celebrandi cauſa eo feſto die non accedat, ſi propria eiuſdem eccleſia duobus miliaribus ab alia diſtet, niſi die feſto illius ſancti, Sanctæve, in cuius honorem propria Archipresbiteralis eccleſia conſtructa eſt, ad eandem eccleſiam accedere debeat.

De *Quatuor anni temporibus celebrandis:*

IN omni parochiali eccleſia, atque præcipuè in noſtra Baſilica cathedrali, die Dominico ſacra quatuor Ieiuniorum tempora ex ſancti ſpiritus doctrina ſalutariter inſtituta præcedente, de eo Ieiuniorum genere concio ſacra, ſiue ſermo habeatur, qua fideles excitati

citati solemnibus, his ferijs, quarta scilicet sexta, & sabbato, pro antiquæ deuotionis consuetudine frequentiores missæ sacro diuinisq; officijs intersint, orationes, Ieiunia eleemosynas cæteraque pietatis opera diligentius præstent.

Curet præterea parochus, ut sabbato sub vesperum frequentissimi, ad ecclesiam conueniant, vbi sanctis præcibus, pro his commodis, quæ singulorum annorum reuolutione consequimur, omnium bonorum largitori Deo gratia habeatur. sicut & instituta illorum temporum ratio, & Christianæ religionis cultus deposcit.

De domibus aqua benedicta aspergendis.

ANimarum curator domos, quarum incolæ eius curæ subsint, quādo id ex sanctæ Ecclesiæ moue fieri debet, statis psalmis, & orationibus recitatis, aqua benedicta, ut alias iussum est, aspergat; atque ideo si eodem in parochiali cura occupato, id munus alicui iniungendum erit, talis sit, ut psalmum, & orationes in libro sacerdotali descriptas; tuncque recitandas rectè, aptèque recitare sciat, an autem ad id sit idoneus, Vicarius generalis in Ciuitate, in diœcesi, autem Vicarius foraneus diiudicet.

De patribus familias in ecclesiam conuocandis.

QVo studiosius erga fideles, sibi commissos parochi partes officij sui exequantur, singulis mensibus aut saltem secundo quoque mense, patres familias suæ parochiæ omnes, ad ecclesiam parochialem semel conuocent, certa statuta hora, quam commodam existimarint, quo in patrum familias conuentu, de familiæ benè, sanctæque instituendæ, & Christianæ pietatis, officijs conformandæ rationibus paternè illis consulant.
Id verò in primis agant, ad præscriptum regularum, atque

que monitionum, quæ potissimum de patrum familias cura confectę, auctoritate nostra, cum hac Synodo in extrema parte typis, impressæ erunt.

De schedula in congregatione deferenda.

PRiori diœcesana Synodo statutum est, parochos cō uentibus sacerdotalibus, qui pro casibus conscientiæ discutiendis in diœcesi aguntur, conuenientes schedulam, qua à confessario testatum sit, sacramentum pęnitentiæ à conuentu proximè celebrato ipsis ministratum esse, Vicario foraneo illius regionis tradere debere.

Verùm cùm id non ab omnibus obseruetur. Id propterea decernimus, ut sacerdos, qui eandem schedulam eidem Vicario non tradiderit, is etiam si Capellanus tātùm sit, à missæ sacro diuinisque officijs, tam pro viuis, quàm pro mortuis, in aliena ecclesia celebrandis, eo ipso sit suspensus. ac præterea pro arbitrio plectatur.

De decretis in Congregatione legendis.

IN singulis parochorum conuentibus, in Ciuitate, seu diœcesi, pro casuum conscientiæ discussione habendis, capita omnia, quæ in prima, & altera; atque hac tertia Synodo sub vna, & eadē Rubrica descripta sunt, antequam conuentus dimittatur, omnino recitentur: ita ut quæ sub rubrica, de ijs quæ ad pietatem pertinēt, in hijs tribus diœcesanis Synodis, disposita sunt, primùm coniunctim legantur; idemque in alijs capitibus sub certa rubrica descriptis successiuè in alijs congregationibus obseruetur.

De instrumento locationis ordinario dando.

QVi bona ad ecclesiam, quam obtinet pertinentia, ad lōgum, aut breue tempus locauit, is duorum mensium spacio exemplum instrumenti, eiusdem locationis

tionis à notario, qui id cõfecerit subscriptum, aut saltem eius nomine, & cognomine in eo descripto, in quo annuus canon, & fines rei locatæ nominatim contineãtur nobis in archiuio asseruandum tradat.

De prandio Clericorum diuinis officijs peractis.

QVòd Clericis priori Synodo iniunctum est, ut ad prandium, ientaculumve, quòd à defuncti hæredibus paratur domum tantùm parochi conueniant in cuius ecclesia officia diuina pro defuncto fuerint celebrata: id etiam obseruetur cùm aliorum diuinorum officiorum causa conuenerint, si secus fiat Parochus ecclesiæ, in quà ad eadem diuina officia celebranda conuenerit, duobus numis aureis mulctetur.

De habentibus in domo mulieres sine licentia.

SI quis etiam permissu nostro, mulierem, quæ ei mater, aut soror non sit, aut sexagesimum annum non excedat domi retinet, is octo dierum spacio eam abijciat, neque in posterum recipiat. Qui non paruerit suspensionis pęnam eo ipso incurrat, ac præterea grauiter arbitrio nostro plectatur.

Clerici libros præscriptos se habere ostendant.

CLericus quisque libros synodalibus constitutionibus præscriptos, & præcipuè sacrã Bibliam Tridentinũ Concilium, & Catechismũ Romanũ ad sex menses habeat, atque; si diœcesanus sit, illo se habere testimonio scripto Vicarij foranei illius regionis, in qua ipse commoretur nos certiores reddat: si verò urbem incolat, eosdem libros ipsius Clerici nomen descriptum habentes nobis eive, qui huic muneri præficietur videndos proferat.

De

De Calendario habendo.

BEeneficium ecclesiasticum obtinens, sacrisve ordinibus initiatus, si transacto mense Decembris, Calendarium ecclesiæ Ariminen. pro anno iam incepto ac typis impressum non habuerit; vno numo aureo mulctetur, quòd Vicarij foranei illius regionis fit.

Ne Clericus mercaturam exerceat.

QVi Deo militat, implicare se negotijs secularibus non debet. Iccirco negociationem omnis generis lucri causa, & præcipuè frumenti emendi; ut deinde uendatur Clericis omnibus interdicimus: Qui contrafecerit omne, id quod mercatus fuerit ammittat, ac præterea grauiter puniatur.

Clericis vagatio commoratione, qua prohibita:

CLericus in foro, sine honesta causa non uagetur, neque in ijs apotechis moram trahat, in quibus res vsui clericorum non conuenientes uenales sunt expositæ, neque ijs præcipuè spectaculis intersit, quæ per circulatores, & circunforaneos ijs in locis proponi solent, qui secus fecerit duobus numis aureis mulctetur, quorum dimidia pars accusatori detur, ac præterea pro modo culpæ plectatur.

Pileus quando à clericis non deferendo.

A Calendis Maij, ad Calendas Octobris, Clerici vrbani diœcesinive ad ciuitatem accedẽtes pileum, galerumne non adhibeant, nisi cùm ob aduersam ualetudinem, aut aeris intemperiem pluuiamve arcendam adhibere oportet; sed clericale biretum, quòd est ecclesiasticorum hominum proprium semper gerant. Cùm

tamen pileus adhibendus erit, is sericus non sit, atque eundem cum primum in ecclesiam, uel in aedes publicas ingressi sunt, statim deponant.

DE FVNERIBVS.

De funeribus ubi confratres non contegant faciem.

PAROCHVS, quòd priori Synodo uetitum est, mortuum efferi patiens, ubi cõfratres alicuius societatis, qui funeri interfint, faciem amictu lineo eius uestis item lineae, quae cappa dicitur; non contegant funeribus exequijs, aut diuinis officijs in aliena ecclesia, aut parochia dicendis, aut celebrandis duobus mensibus non intersit, ac praeterea mulctam eadem Synodo ipsi propositam duplicatam persoluat.

De candelis in funere.

CAndelae, quae funeralibus officijs sacerdotibus accensae dandae sunt, non nisi ab ecclesiasticis dentur personis.

De campana Communitatis in funeribus non pulsanda.

PArochus mortuum primo, neque secundo obitus die ad sepulturam efferat, si communitatis campa-

na,

na, pro eodem aduersus Synodalia nostra Decreta pulsauerit.

Mortuus quando sepeliendus.

Defunctorum corpora diebus festis, nisi missarum omnium sacrificijs peractis in ecclesiam non inferantur.

De *thurribulo, & accerra in funere habenda.*

IN officijs, quæ pro mortuis habentur ex libri sacerdotalis præscripto thus semper adhibeatur, atque ideo quæcunque parochialis ecclesia duorum mēsium spacio accerra, & coclear, ac thurribulum ex auricalco habeat, catenas adeò ob longas habens, ut vtraque manu commodè duci possit.

LAVS DEO.

FINIS.

INDEX
EORVM, QVAE IN HA[C]
Tertia Ariminensi diœcesana Synodo continentur.

DE HIS QVAE AD pietatem pertinent.

QVAE AD BAPTISM[VM] Sacramentum pertinent.

QVAE AD SANCTISSIMAM Eucharistiam pertinent.

infir-

DE ALTARI, ET MISsæ sacro.

QVAE AD SACRAmentum pœnitentiæ pertinent.

QVAE AD SACRAmentū ordinis pertinent.

QVAE AD MATRImonium pertinent.

AD SACRAMENTVM extremæ vnctionis pertinentia.

Imago

PERTINENTIA AD Clericos, & Parochos.

DE FVNERIBVS.

FINIS.

ERRATA SIC
corrigenda.

Fol. *3.* linea *6.* vrbium, ecclesiarum.
fol. *4.* linea 13. habebimus, habeamus.
fol. *6.* linea 3. quid, quod.
fol. *6.* linea 12. sanctorum, sanctarum.
fol. *6.* linea 14. festa, festi.
fol. *8.* linea *25.* olei, oleæ.
fol. *13.* linea *15.* litum, linitum.
fol. *13.* linea *18.* sæpeus, sæpius.
fol. *13.* linea *25.* cant, eant.
fol. *14.* linea *19.* deficiunt hæc.
processioni C. Domini interessentibus.
fol. 14. linea 30. deficit, publicentur.

RICORDI
PER LI PADRI, E MADRI
di famiglia, e per tutti i capi di Casa, quali gli deuono dare i Curati ogni mese, o al più tardi ogni dui mesi.

DEVONO i Padri, e le madri di famiglia, e tutti quelli che hãno cura ò gouerno di altri, hauer sempre in memoria quel terribile essempio di Helì Sacerdote, il quale se bene ammonì e riprese molte uolte i suoi figliuoli, dispiacendoli molto la dissoluta vita loro, nondimeno, perche non li coresse con la douuta efficatia, e non procurò come conueniua, che in effetto si emendassero, fù seuerissimamente da Dio castigato, che in un giorno istesso uedutosi prima dissipato l'essercito, e presa l'Arca di Dio, morti i figliuoli, dispersa, e morta la moglie, cadde della seggia, e rottala cervice se ne morì senza alcuna speranza di posterità. Per fuggir adũque si graue castigo, procurino di viuere essi, e di far viuere i suoi christianamente; e per ciò leggano, ò facciano leggere questi ricordi almeno una uolta il mese alla presentia della sua fameglia.

Della qualità della fameglia.

IL Padre di famiglia; o capo di casa habbia molta cura quando piglia persone nella casa, ò fameglia, che non

F v'entrino

v'entrino bestemiatori, concubinarij, huomini dati alle dissolutioni ne altre persone uitiose, ò suspette.

Della vigilanza.

SIa vigilante sopra tutto con solecitudine, uolendo sapere quello, che fa ogn'uno, osseruando tutti i loro andamenti connersationi, e pratiche.

Della correttione.

QVelli, che dopò essere amoniti più volte di cose importanti non si sono emendati, se sono seruitori ò simili, gli mandi fuori di casa, se sono figliuoli gli castighi: ne comporti in loro biastema, furti, concubinati, ò altre dissolutioni di vita, e costumi.

Non toleri in casa sua alcuno, che non si confessa, e communica la Pasqua, e chi non sà la dottrina Christiana, ò almeno il Pater, l'Aue Maria, il Credo e i Dieci comandamenti della legge di Dio, ò che non si curarà di impararli.

Della custodià.

FAccia che i figliuoli, e seruitori maschi, e femine dormano di tal modo distinti, e separati, che non ui sia pericolo d'inconueniëte alcuno, e proueda che gli maschi habbiano il suo letto separato dalle femine, se bene sono sorelle, quando siano maggiori di dieci anni.

E doue il marito, e moglie dormeno insieme, non si tengano figliuoli ò figliuole maggiori di dieci anni a dormire nel medemo letto, ò vero nella medema camera, ma in altro luogo sicuro, e separato quanto è possibile.

Veda

Veda che in casa non siano libri catiui, ò pitture dishoneste, e non si cantino canzone lasciue, ma faccia più tosto che ui siano delle spirituali, & christiane, e si cantino delle laudi e cose diuote.

Dourà visitar la casa tre, ò quattro uolte l'anno alla sprouista, e le camere, e casse ancora della sua fameglia per purgarla di ogni vanità.

Auertisca che i suoi non conuersono in casa, ne fuori con male compagnie, e fuggano ogni occasione di peccato, che non stiano in ocio, ma ogn'uno habbi qualche occupatione honesta.

Vsi ogni diligentia che le donne non stiano alle finestre, ne manco vsino lissi, ò beletti, o uero altre uanità.

Procuri che non uadano fuori di casa in qual si uoglia luogo senza hauer uelato il capo di modo, che gli capelli siano coperti.

Dell'administratione dell'entrata.

GVardisi di spendere in cani o uero caualli souerchi quello che può dare la uita à molti poueri di Christo.

E medemamente di ogn'altra spesa inutile, e superflua, ricordandosi che delle facoltà che Iddio gl'ha dato, non tanto è patrone quanto administratore, e ne ha da render conto à Dio.

Faccia pronta, e largamente elemosina, e procuri che i suoi figliuoli sino da gl'anni teneri si usino a fare il medemo officio.

De i trattamenti della fameglia.

VSi carità, e discretione con tutta la fameglia trattandola, & facēdola trattar bene, e con amore, per-

che non sia stratiata in alcuna cosa, e specialmente nel pagare le douute mercedi à suoi tempi.

Non dica parole ingiuriose, ne à figliuoli ne à qual si uoglia altra persona, però si sforzi di rafrenar l'ira quando gl'occorre alcuna cosa contra la sua uolontà si in casa come fuori.

Quando alcuno de' suoi è infermo lo uisiti spesso, & essorti all'emendatione della uita, & habbi cura che à tutti i modi si confessi nel tempo de i tre giorni prescritto dalla Bolla di Pio V. dandone la fede al medico.

Vsi ogni diligentia, perche gl'infermi siano gouernati con charità, e prouisti delle medicine & altre cose necessarie per la casa loro, e non gli mandi all'hospitale poiche in sanità se n'è seruito.

Della pace, & concordia.

PRocuri di mãtener la pace e quiete in casa, e che ui sia la charità fraterna, e non si mostri partiale ad alcuno e comporti ugualmente tutti con pacientia.

Non permetti che i suoi di casa faccino ingiuria ad alcuno ne stiano in inimicitia ò portino odio, ma occorrendo qualche dispiacere ueda di riconciliarli subito ò sia dentro ò fuori di casa.

Gl'essorti spesso à perdonare à chi gl'offende in parole ò uero in fatti, e non star sopra i puntigli dell'honor mondano.

Dell'essempio.

DIa con parole, e con fatti essempio à tutti suoi auertendo di non dire ò fare in presenza loro cosa, che non conuenghi, onde essi piglino ardire di fare il medemo.

De

De i documenti.

NOn cessi mai di ammonirli, & instruirli, e non lassi di dir loro la uerità per non contristarli, ò per altro rispetto.

E specialmente ricordi loro spesso, che non inganniño mai alcuno, ne tolgano in qual si uoglia modo quello, che non è suo.

Non faccino fondamento nella nobiltà, ma nelle virtù christiane e nella buona uita.

Quando uiene dalla predica, ò dalla sacra lettione insegni loro, & essequischi quello, che haurà all'hora imparato pertinēte alla disciplina de i costumi christiani.

De gl'essercitij di pietà e diuotione.

OSserui con pietà e diuotione tutte le buone consuetudini della Sāta Chiesa, & habbia cura che nella casa sua non sè nè perda alcuna.

E però non lasci la benedittione della casa nella Pasqua di Resurrettione ò in altro tempo, nel quale usa la Chiesa di asperger le case con acqua santa.

Cosi mandi alla Chiesa i frutti, pane ò altro cibo quādo è tempo di fargli benedire dal sacerdote.

Non ponghi nomi di gentili à suoi figliuoli, ma di Santi, perche siano loro auuocati speciali, & essempio di imitare.

Procuri che si lieui ogni superstitione di casa e si ricorra in ogni cosa à Dio, & in lui solo si confidi, e nei Santi suoi.

Habbia cura che i figliuoli odano la messa ogni dì se è possibile, e tutti gl'altri almeno le feste.

Che la festa non stiano ociosi, ne nadino uagando, ma

spendano

ſpendano quel ſacro giorno utilmente, & piamente.

Conduca la fameglia hor tutta hor parte, ſecõdo che può ſeco al veſpro, & à i diuini officij, & alle Chieſe doue è indulgentia, & à uiſitare alcuna uolta gl'hoſpitali, & altre ſimili pie occupationi.

Gl'incamini à frequentar tutte le publiche diuotioni & ſpecialmente gl'officij pontificali, le proceſſioni, le prediche, le orationi.

Tenga in caſa numero conueniente di lumi per accompagnare il Santiſſimo Sacramento quando ſi parte in proceſsione, ò uero à qualche infermo, e ciaſcuno di caſa che non ſia impedito al ſuono della campana uada col ſuo lume à ſeruire al ſuo Signore.

Conduca ò faccia condurre ogni feſta tutti di caſa alla ſcuola della Dottrina Chriſtiana, e ſe pure è neceſſario laſciar alcuno alla guardia della caſa, faccia che quello che ui reſtarà una uolta nõ ui reſti l'altra, à fine che tutti imparino detta dottrina, ò almeno le coſe più neceſſarie.

Vſi diligentia che quelli che ſono in età di cõfeſſarſi, & communicarſi ſiano bene inſtrutti circa la confeſsione, e la ſantiſsima communione, perche non differiſcano à ricercar tal'aiuto ſpirituale quãdo nè ſono capaci.

E frequentano poi ſantamente detti Sacramenti almeno ogni meſe, e nelle ſolennità maggiori; & ſarà bene che la communione ſi faccia ſpeſſo di tutta la fameglia inſieme, e nella Chieſa propria parrochiale.

Che ſi confeſsino tutti da un medemo confeſſore, o almeno da confeſſori più qualificati, che poſſa incaminarli meglio alla vita di Dio.

Che in ogni modo ſi oſſeruino i digiuni della Quadrageſima, delle Quattro tempora, e delle vigilie commandate dalla Santa Chieſa, e delle altre, che ſiano di uoto, o di conſuetudine del luogo.

Che

Che tutti siano bene instituiti a far oratione, e la faccino in effetto, e specialmente l'essamine di conscientia quando uanno a dormire.

Che mattina, e sera o almeno la sera quando suona la campana si congreghi la famiglia tutta a far oratine insieme in casa auanti qualche sacra imagine.

Sarà anche bene che ogni capo di casa nel fine dell'oratione della sera, o uero auanti di andare a letto asperga la fameglia tutta con l'acqua benedetta.

Deurà in ogni modo nell'andare a mensa benedirla egli, ò farla benedire, e doppo far medemamente il rendimento di gratie.

E se non a tutta la mēsa, almeno a buona parte far leggere qualche libro spirituale approbato, se ha chi possa leggere, o figliuoli, o altri.

La sera auanti le solennità essorti tutta la fameglia a viuer bene, e spendere bene quelle feste, e frequentare con frutto i Sacramenti, e l'oratione, e le prediche, e le sacre lettioni.

IL FINE.